



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vsvardi Martyrologivm

Usuardus <Sangermanensis>

Lovanii, 1573

Prologus Adonis Episcopi Treverensis, in Svvm Martyrologivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42790

8

Prologus Adonis Episcopi TREVERENSIS, IN SVVM MARTYROLOGIVM.


NE P V T E S me in hoc
opere in vacuum laborasse,
& rem non necessariam exe-
cutum fuisse , breuiter tibi
causam facti aperiam . Pri-
mum fuit imperium , ac iussio sanctorum
virorum , ne superessent dies absque no-
minibus Martyrum in Martyrologio . quod
venerabilis Flori studio in labore domini
Bedæ accreuerat , & tantum notati erant .
Deinde quoniam collecti vndique passio-
num codices in tantum succreuerunt , vt
non solùm præteritas dierum festiuitates ,
verum & aliorum , qui per totum annum
ibi notatum positi erant , latius , & paulò
apertius describerem , infirmioribus fratri-
bus , & minus legere valentibus seruiens ,
vt ad laudem omnipotentis Dei , in me-
morijs Martyrum haberent compendio-
sam lectionem , atque in paruo codicillo ,
quod multo labore alij per plures codices
requirunt . Huic operi , vt dies Marty-
rum verissimè notarentur , qui confusi in

Kalen-

P R A E F A T I O.

Kalendarijs satis inueniri solent , adiuu
nos venerabile , & perantiquum Marty
rologium ab urbe Aquileia cuidam sancto
Episcopo à Pontifice Romano directum
& mihi postmodum à quodam religiose
Fratre aliquot diebus præstitum . Quod
ego diligentie cura transcriptum , positi
apud Rhauennam , in capite huius operi
ponendum putau. Passiones autem San
ctorum paulò longius , maxime circa finem
Martyrologio huic insertas non mireris ,
cùm tibi ratio superius cur factum sit sus
fecerit . Ora tamen impensissime , obsecro
vt meritis illorum consocier , quorum
triumphos , & si minus quam
debui , excolere
optau.

Salutatus in Christo , Vale .



M A R T Y .